



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1740. usque ad annum 1742

Fleury, Claude

Augustæ Vindelicorum, 1787

VD18 90119649

§. 36. Celebrium Scriptorum Religione Catholicorum lucubrationes & obitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67882](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67882)

Sæc. XVIII. Farsetti Archiepiscopus Ravennas. Me-
 A. C. 1741. se Majo Ludovicus de Salcedo Hispa-
 lensis Archipræsul, qui Successorem
 nactus est Regium Principem Ludovi-
 cum Cardinalem & Archiepiscopus
 Toletanum.

§. XXXVI.

*Celebrium Scriptorum Religione Ca-
 tholicorum obitus & opera.*

Hoc item anno plures eruditione, sci-
 tisque libris celebratissimi Scripto-
 res Catholici concessum a Deo vivendi
 curriculum confecere. Ex his primo
 loco recensendus venit æterna memo-
 ria dignissimus P. Bernardus de Mont-
 faucon Benedictinus ex Congregatone
 S. Mauri, nobili genere in Castro Remp-
 Scissæ ortus. Jam anno vigesimo ter-
 mo ætatis suæ solemnibus votorum spe-
 sione sese Deo totum in Monasterio B.
 Mariæ Deauratæ die decima tertia Julii
 an. 1676. dicabat. Is ex primis eruditioribus
 quos sapientissimi ejus Superiores Græcè
 literis auspiciato studio imbui curarunt.
 Ad has vero Bernardus pro insatiabili
 suo sciendi ardore Hebraici idioma
 cognitionem, Romanarum antiquitate
 tum, Græcarumque tam Ecclesiasticarum
 quam profanarum studium adju-
 xit. His Theologiæ ac Historiæ sub-
 dit.

Sæc. XVIII.
A. C. 1741.

diis probe instructus ad optimorum quorumque librorum & veterum Codicum lectionem necnon ad Auctorum ex Græco in latinum translationem graviter incubuit. Unde haud mirum, quod Bernardus intra paucos annos in literaria republica sibi maximam omnigenæ eruditionis famam compararit, atque inter doctissimos sui ævi Viros meritissimo jure numeratus fuerit. Vastissimæ hujus scientiæ testes sunt tot ejusdem lucubrationes, quibus omnium eruditorum consensu immortalem laudem ab ipsis etiam Protestantibus promeruit. Scripsit enim I. *Analecta Græca* hactenus inedita, II. *Historiæ Judith veritatem vindicatam*. III. Epistolam ad Abbatem Renodotium circa præfationem Jacobi Grenovii IV. Opera S. Athanasii unacum doctissima præfatione & vita ejusdem S. Patris. V. Epistolam ad . . . an vera sit narratio Rufini de baptizatis pueris a puero Athanasio? Item de tempore mortis Alexandri Episcopi Alexandrini & de obitus die S. Athanasii contra P. Sollierum Jesuitam. VI. Librum Philonis de vita contemplativa, ubi Montfauconius ostendit, Therapeutas fuisse veros Christianos. VII. Epistolam ad Montfauconium de Therapeutarum religione cum suo responso. VIII. *Palælogiam Græcam*. IX. Bibliothecæ

Sæc. XVIII.
A.C. 1741.

thecam Coislinianam, olim Segur-
nam, sive manuscriptorum omnium
Græcorum, quæ in ea continentur, cu-
curatam descriptionem.

Cum vero Montfauconius firmum
fixumque haberet, Ecclesiæ Græcæ
opera suæ primitivæ puritatis
novas editiones reddere, hinc in Ita-
liam proficisci statuit, ut in celeberrimis
Bibliothecis veteres eorundem man-
scriptos Codices consulere, & ad illorum
fidem emendatioris editiones adornare
posset. Romam igitur delatus, non
modo ab omnibus eruditis Viris, sed
ab ipso etiam Clemente XI. Pontifice
Maximo perbenigne exceptus est; quæ
circa ei ad celeberrimas Bibliothecas
acillimus, ubique aditus patuit, ac
per summæ raritatis antiquitates
monumenta, quæ exteris vix mon-
strari, minus vero uti datur, ad usum
sibi retinere licuit. Eo quoque tempore,
quo Romæ agebat, post Clementis
Stephanotii obitum officio Procuratoris
Generalis fungi iussus est; cum
pro negotiorum frequentia illum
rarum otio averteret, Roma Patriam
revertendi facultatem petiit, obtinuit
que; priusquam vero urbe discessisset,
*Vindicias editionis operum S. Augustini
Benedictinis adornatæ sub nomine B. P. Montfauconii*

stæ de Riviera typis vulgavit adversus Sæc. XVIII.
 epistolam Abbatis Germani. Edidit A. C. 1741.
 quoque suum Diarium Italicum, quod
 tamen Fioronius confutavit, Montfau-
 conius vero mox in suo responso, quod
 in supplemento Diarii Parisiensis ad
 Mensẽm Januariũm anni 1709. habe-
 tur, hujus critici animadversiones non
 satis sanas ac prudentes esse ostendit,
 ac ipsemet P. Romualdus Ricobaldus,
 Monachus Cassinensis, pro Montfauco-
 nio apologiam Italicĩ Diarii publici ju-
 ris fecit. Paulopost Montfauconius ad
 publicam rei literariæ utilitatem vulga-
 vit *Collectionem novam Patrum & Scrip-*
torum Græcorum, Eusebii Cæsarien-
sis, Athanasii, & Cosmæ Ægyptii, nec-
non Originis Hexapla multo auctiora,
 quam quæ a Flaminio Nobilio & Joan-
 ne Drusio edita fuere. Præterea egre-
 giam Græco latinam operum S. Chry-
 sostomi editionem undecim tomis com-
 prehensam potissimum curæ ac vigiliis
 doctissimi hujus Benedictini debemus.
 Ceteris vero præstantissimum Montfau-
 conii opus est ejus *Antiquitas explicata*
& imaginibus repræsentata Vol. X. una-
 cum ejus supplemento. V. Vol. Scrip-
 psit insuper dissertationem de planta,
 quæ *papyrus* vocatur, necnon monu-
 menta Monarchiæ Gallicæ Vol. V. &
 Bibliothecam novam manuscriptorum
 præ-

Sæc. XVIII. præter plures Epistolas ad Emanuelem
 A. C. 1741. Martini. Denique latine interpretatus
 est Typicum, seu Regulam Monasterii
 Gratiaplenæ ab Imperatrice Irene De-
 cæna pro Monialibus scriptam, ubi præ-
 cipue observari meretur, quod, quan-
 vis disciplina admodum austera fuisse
 præscripta, non tamen ad clausuram
 deo rigorosam, uti hodie, hæc mo-
 niales adstrictæ fuerint. Latine etiam
 reddidit Montfauconius Excerpta et
 Heronis Geometria, necnon *Rationa-
 rium antiquum Augusti Cæsaris*, & *Ro-
 tionarium novum Alexii Comneni*, & de-
 nique Tractatum de antiquis mensuris &
 ponderibus. Decessit tandem præstantis-
 simus hic Scriptor cum summo Otio
 literarii luctu & damno Parisiis die vi-
 gesima prima Decembris ferme octogin-
 ta septem annos natus. II. Carolus
 Rollin Parisinæ Universitatis Rector &
 Eloquentiæ Professor, qui Historiam
 antiquam Ægyptiorum, Chætariorum,
 Assyriorum, Babyloniorum, Medi-
 dorum &c. XIII. Volum. edidit. Scri-
 psit etiam Historiam Romanorum a fun-
 datione Romanæ Urbis usque ad
 cam pugnam, quod opus postea Cre-
 tus Rollini Discipulus prosecutus est
 pariter hic Scriptor Tractatum de stu-
 dendi, & humaniores literas docendi
 methodo posteris reliquit præter novam
 Quin-

Quintiliani editionem. Obiit Parisiis e-
 menso octogesimo primo ætatis anno. Sæc. XVIII.
A. C. 1741.

III. Angelus Maria Pevarati Clerico-
 rum Regularium Theatinorum Sacer-
 dos, qui Ferariæ die quarta Februarii
 annos natus quinquaginta sex decessit.
 Elucubravit præter elegans poema Isa-
 gogen de conscribenda bibliotheca, an-
 notationes in Crispi Sallustii historiam
 de conjuratione Catiliniana & de bello
 Jugurithano, synopsis de historia, peda-
 gogiam, Tractatum de Rufina gente &
 familia, de Urbis incendiis & Tyberis
 inundationibus, de etymologia & alia
 nonnulla. IV. Ibidem quoque die vi-
 gesima Januarii calamum & vitam po-
 suit Nicolaus Baruffaldi, Vir in omni
 antiquitatum genere versatissimus, qui
 ad posteros transmisit compendium vi-
 tæ B. Joannis de Tossignano Ferariensi
 Episcopo præter annales ab anno 1660.
 usque ad annum 1720. continuatos &
 alia quædam ad illustrandam Ferariæ
 Historiam perutilia. V. Abbas Hou-
 teville, qui magnum sibi nomen com-
 parabat per librum, cui titulus: *Religio
 Christiana factis Historicis comprobata*,
 quod tamen opus Criticorum non pauci
 acriter exagitabant. VI. Antonius Jo-
 sephus Faydeau Ordinis Carmelitani
 Præpositus Generalis & Diniensis in
 Gallia Narbonensi Episcopus, qui præ-
 ter

Sæc. XVIII. ter sermones pro Adventu & Quadre-
 gesima prælo subjecit *Rationes ad recipiendam Constitutionem Unigenitus* *diffimas*, ac Genealogiam & Hiltoriam antiquissimæ & nobilissimæ Prosapie Comitum de Conti, nuncupatam Innocentio XIII., a quo etiam aureo nismate Parisios transmissio in gratitudinis tesseram donatus fuit. Vno vero valedixit in sua Diœcesi die trigesima Novembris. VII. Dominicus Perrenin patria Lugdunensis, & e Societate Missionarius Sinensis, qui apud Sinarum Imperatorem *Canghi* tantum gratie valebat, ut Sunicis Principibus fide Catholica imbutis non raro Religionis Christianæ everfionem averterit, & Peckinenses quam Cantonenses Missionarios in Imperatoris gratiam rediret. Hujus Imperatoris jussu, quicquid de Geometria, Astronomia, & Arithmetica in celebrioribus Europæ Scripturis continetur, in Tartarico idiomate conscripsit, multumque operæ contulit, ad Museum Sinicum a Gottlieb Georgio Bayer editum, cui etiam amplissimum Manuscriptum hujus generis codicem submitit, eumque ad componendum Dictionarium Sinicum invitavit, & varia eidem subsidia hanc in rem suppeditavit. Pariter pro Christianorum instructione & infidelium conversione

Sæc. XVIII.
A. C. 1741.

fione in Sinica & Tartarica lingua plures elucubravit libros. Exstat quoque illius Mappa Geographica Sinensis & Sinico-Tartarici regni præter plurimas epistolas. Tandem laboribus ac vitæ finem imposuit die vigesima septima Septembris, ad cuius solemnes exequias die decima quinta Novembris Christiano ritu celebratas Kienlungus Imperator expensas subministravit. VIII. Guilielmus Cuper ejusdem instituti Alumnus, qui varia apophtegmata sacra ex piis opusculis excerpfit, & Bollandianis Hagiographis adjunctus undecim tomos confecit, ubi exstat historicus ejus Commentarius de S. Apostoli Jacobi Majoris prædicatione in Hispania, quem tamen postea P. Michael a sancta Maria SS. Theologiæ Magister ex Ordine FF. Eremitarum S. Augustini editis duabus dissertationibus impugnavit: Cuperus vero contra hunc Scriptorem vindicias scripsit, quæ ad calcem ultimi tomi in Mense Julio in actis Bollandicis habentur adjectæ. Edidit idem Auctor Chronologiam Patriarcharum Constantinopolitanorum: grave tamen negotium sibi facillivere acta S. Dominici ab eo edita: vix enim illa lucem publicam aspexerant, cum illico epistolæ anonymæ calamo virulento scriptæ contra Cuperum ejusque

Sæc. XVIII. que socios divulgarentur: majoris ad
 A. C. 1741. indignationis argumentum erat, dum

Cuperus negasse videbatur, quod S. Dominicus ex nobilissima Guzmanorum familia ortus fuerit. Nam hunc honorem Sancto ejusque Ordini recedendo subtrahi ægerrime ferebant ejus Alumnorum unde ab eorum calamis Cuperus male exceptus est, cui tamen gemina apologia suppetias tulit quidam Sacerdos Salmanticensis, & alius, qui se Germano Catholicum nominat: neuter tamen rem confecisse videtur. Postea vero anno 1739. P. Antonius Tournais celebris Dominicanus ac Historiographus, criticam dissertationem proponendo Guzmanico S. Dominici stemmate divulgavit; hunc tamen Cuperus anno sequenti refellere aggressus est. Tandem vero anno 1740. P. Antonius Bernardus Casanatensis Theologus & S. Theologiæ Magister sub auspiciis ipsius Benedicti XIV. Pontificis Maximi Romæ edidit *Historicam demonstrationem Guzmanæ stirpis S. Dominici, Fundatoris Familie Fratrum Prædicatorum*: Hinc inquit Auctor vitæ Cuperi, serius scriptam perlatam non vidit P. Cuperus, summum ei placuisset, si legere potuisset; nam varia monumenta, magno labore collecta & pulchro ordine digesta suæ lucubrationi inserit, in quo dignam Religiosæ

moderationem ubique servat. *Ju-* Sæc. XVIII.
dicium nostrum suspendimus, donec ea, quæ A.C. 1741.
allegavit R. P. Bremondus, discussa, & ad
criticæ regulas exacta fuerint. Præterea
 idem Cuperus plures scripsit commen-
 tarios, qui in præfatis actis leguntur.
 Decessit Antverpiæ ex hydrope die se-
 cunda Februarii anno ætatis quinquage-
 simo quinto. IX. Dominicus de Co-
 lonia itidem socius, qui præter trage-
 dias, & orationes latinas conscripsit an-
 tiquitates Urbis Lugdunensis, libros V.
 de arte Rhetorica, tractatus de monu-
 mento Taurobolico, de Religione Chri-
 stiana, & Historiam literariam Urbis
 Lugdunensis. Author insuper est fa-
 mosæ *Bibliothecæ Jansenisticæ*, quæ ta-
 men a S. Congregatione per speciale
 decretum die vigesima Septembris an.
 1749. libris atro stigmate notatis inserta
 fuit. Attamen hujus Bibliothecæ vin-
 dices, quam indignis modis, ac impo-
 tentibus furiis in hoc sacræ Congrega-
 tionis judicium, & omnibus meritis cu-
 mulatissimum Virum P. Augustinum Ri-
 chinium illius Secretarium debacchati
 sint, a Viris Catholicis vix exspectari,
 aut credi potuisset. Ex his quidam sub
 nomine Theologi Lovaniensis adversus
 hujus libri proscriptionem totam furoris
 bilem effudit, ac Richinium indignis
 sane modis habuit. Verum hic idem
Hist. Eccles. Tom. LXXVII. K k Con-

Sæc. XVIII.
A. C. 1741

MVX
1741

Congregationis Secretarius non tam
quam Cardinales atque ipsum summum
Pontificem egregie vindicavit, ac se
nomine Romani Philalethis de *Justa*
Bibliothecæ Jansenianæ proscriptione ad The-
logum Lovaniensem epistolam vulgavit, in
qua ostendit, „quod S. Congregatio
„Cardinales, pro sua, quam ex P
„cis mandato in perniciosos libros
„bent, auctoritate Bibliothecam Jac-
„nisticam proscripissent, decretum
„edidissent, ipse vero Richinius utro-
„dictæ Congregationis Secretarius et
„officio hoc decretum subscripisset, de-
„cetero Jesuitis nil solemnius esse,
„quam quod, si quidam ab eis editum
„liber proscriberetur, hoc decretum
„duntaxat a Congregatione emanasse
„cant, ejusque auctoritatem omnino
„dis imminuere, ac enervare frudent,
„si vero exteri liber eorum opinionibus
„contrarius damnetur, tunc illum ad
„Ecclesia Dei, a summo Pontifice, &
„Sacra & Apostolica Sede rejectum, pro
„nullius omnino fidei esse plenis
„crepent &c.“ Nihilominus contra
dem S. Congregationis Secretarium
vatus quidam Doctor Sorbonicus, res
vero P. Lazarius e Societate, epistolam
seu potius libellum famosum ad
Belgam clam in vulgus sparsit, im-
spero tamen successu; quippe Florentis

& alibi creditum, hoc scriptum esse lu- Sæc. XVIII.
 culentum paradigma inobedientiæ, per- A. C. 1741.
 tinaciæ & rebellionis contra Sacram
 Sedem: quocirca illud a S. Congrega-
 tione die sexta Maji. an. 1750. & rursus
 die vigesima quarta Novembris anno
 1751. per speciale decretum atro dam-
 nationis stigmatum notatum fuit. Nec
 tamen silendum putavit ementitus hic
 Doctor, qui postea furtivis typis vulga-
 vit libellum, sub titulo: *Sorbonici Do-*
ctoris ad Reverendissimum Ricchinium Sa-
cræ Congregationis Indicis Secretarium
Gratiarum actio, quod Epistolam Sorbo-
nicam nomine S. Congregationis proseri-
bendo egregie confirmarit. Ast hæc ipsa
 rapsodia die vigesima quarta Novembris
 an. 1751. & denuo die secunda Martii
 anno 1752. ab eadem S. Congregatione
 ad noxios famososq. libellos rejecta
 est. Quinimo in ipsis Novellis literariis
 Florentinis Num. XXXIX. anno 1751.
 Bibliotheca hæc Janseniana detestabile
 scriptum multis falsitatibus turgidum ap-
 pellatur, & doctissimus Cardinalis Qui-
 rinus in sua injusta secessione ab Ecclesia
 sinu &c. demonstravit, illam esse calum-
 niosum & temerarium librum omni jure
 proscriptum, in eoque Viros fidei puri-
 tate, doctrinæ eminentia, & virtutum
 gloria vel maxime inclytos ad censum
 Jansenistarum vocari, non alio calum-
 niæ

Sæc. XVIII. niæ fundamento, quam quod hi Socie-
 A. C. 1741. tatis opinionibus adversentur. X. Ad
 hunc annum nonnulli referunt obitum
 celeberrimi Historici Joannis Frederici
 Abbatis de Schannat, quem tamen
 hii probabilius jam anno 1739. die sextæ
 Martii Heidelbergæ decessisse autem
 mant. Scripsit hic jussu Abbatis Fulden-
 densis Prodrorum Historiæ Fulden-
 seu Corpus Traditionum Fulden-
 tractatum Historico-Juridicum de die-
 tela Fuldensi, Diæcesin Fulden-
 Vindicias quorundam Archivi Fulden-
 sis diplomatum, & Historiam Fulden-
 sem. Mortuo Abbate Fuldensi Tre-
 rensis Archiepiscopus & Elector
 Wormatiensis Episcopus Schannato ne-
 gotium dedit, ut hujus Diæcesis Histo-
 riam conscriberet, unde ex ejus calami-
 an. 1734. præiit Historia Episcopo-
 tus Wormatiensis unacum Codice pro-
 bationum. Edidit insuper Historiam
 Comitis de Mansfeld, Vindicias litera-
 rias seu Collectionem I. & II. veterum
 monumentorum ad Germaniam sacra-
 spectantium, Collectionem veterum Hi-
 storiorum Codicum & Documentorum
 necnon Historiam succinctam Domus
 latinæ. Reliquit insuper quatuordecim
 alia opuscula nondum edita, quæ man-
 scripta Pragensis Princeps ac Archiep-
 scopus octingentorum florenorum pretio
 an. 1747. coemit.